

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Strabonis Geographicorum [geographicorum] Lib. XVII

Strabo

Basileae, 1539

Libri decimitertii.

urn:nbn:de:bsz:31-67095

E P I T O M A E

Quòd Phrygiæ Epicteticæ sint Axiani, Nacolia, Cotyaium, Mydaium, & Dorylaium urbes, & Cadi. Quòd Mysiæ pars mediterranea, ab Olympica regione in Pergamenam descendit, & in Caici campos. Quòd supra Epictetum ad austrum maior Phrygia est, quæ à sinistra Pisinuntem & Lycaonas, à dextra Lydiam & Cariam relinquit. In ea est Phrygia quæ prætermontana dicitur, & Pisidia & Amorio & Eumenia & Synnada: deinde Apamia quæ Cibotus dicitur et Laodicea & Colossæ. Quòd Marsyas fluuius ex Apamia urbe magna ortum habens, in Mæandrum egreditur. Quòd cursus Mæandri adeo est flexuosus, ut obliquitates omnes ab eo mæandri dicantur. Quòd quæ circa Mæandrum fluuium est regio ferè tota à terræmotibus quatitur & aquis atque ignibus peraratur, à campis incipiens usque ad Magnesium & Hierapolim. Quòd Prienen quæ prius ad mare erat, Mæander, facta limi aggestione, mediterraneam effecit, ad stadia ducenta quinquaginta. Quòd Typhonis casum & Arimorum, per hanc exustam Phrygiam & Lydiam euenisse aiunt. Alij autem affirmant, etiam quæ in ter Mæandrum ac Lydos sunt, omnia eiusmodi esse.

LIBRI DECIMITERTII.



Quòd à Cyzico & locis Æsapo & Granico uicinis Abydum usque Propontidis ora sit maritima. Ex Abydo autem Lectum usque, Ilij et Tenedi & Troianæ Alexandria regio. His omnibus Ida imminet. A Lecto uero usque ad Caicum & Canas dictas, Assus est & Adramyttium & Atarneus & Pitana & sinus Elaiticus. Quibus omnibus Lesbos insula ex aduerso confurgit: deinde Cumanus ager usque ad Hermum & Phocenses, hæc Æolia est, quam sequitur Ionia. Quòd à Cyzico & Æsapo fluuius, usque ad Caicum fluuium, regio est quam Homerus Troianam dicit, in octo principatus diuisa, sed Æolorum colonia aliter hanc diuisionem fecit, per totam Troianam oram dispersa, & usque ad Hermum fluuium extensa. Quatuor autem seculis Æolica colonia, quæ Ionica antiquior est. Nam Agamemnonis filius Orestes Æolica classi imperauit, quo in Arcadia mortuo Penthilus eius filius successit, & usque in Thraciam processit annis post Troiam sexaginta, quo tempore Heraclidæ in Peloponnesum redire: deinde Archelaus illius filius cum Æolica classe in eam quæ circa Cyzicum & Dascylium est regionem traiecit. Graus uero filius eius iunior usque ad Granicum fluuium progressus est, & traiciens in Lesbum eam occupauit. Cleuas item & Dorus & Malaus, qui & ipsi ab Agamemnone erant profecti, primum quidem Locrida & montem Phricium, longo tempore obtinuerunt. Postea transgressi Cumanas condiderunt, Phriconidas à Locrensi monte appellatas. Quòd Priapus fluuius est iuxta Cyzicum, aduersus Artacen Cyzicenam urbem confurgens.

Quòd Æsapus fluuius Cyzico urbe orientior est. Quòd à Pario oppido usque ad Practium oppidum occasum uersus stadia sunt CCC. Quòd Idamons scolopendræ formam habet, atque in mediterraneam, promontorio quod circa Zeleam est terminatur, in pelagus autem Lecto, quod in Ægæum descendit.

Quòd Zelia urbs, Cyzicorum est ditionis. Quòd Homerus Idam montem Lecto terminat, quod primum est à mari, & Zelia, inquit,

Ἰσθαί ποδὸς αὐτοῦ νεῖκος Ἰδῆς.

Idæ

Idæ pede sub ext
montorium, sinu
bæi Hypoplaci,
Hanc è Lyrnesso
bis Chryseidem
Nos Thebam a
Troianorum pri
sunt legenda,
Vercæ nobis, tu
Alitgo Thebis.
Vercæ ex Troia,
gum principatus,
Maximus Altes
Sub cuius Leleg
Hector item Tr
quoties dicit,
Troianos appell
cuntur. Ponunt
mi filius,
Isab Abydo ader
bous pascibat, n
Troiani eran
qui sub Eurpyl
imperaret, Achill
Quæ scilicet parite
Comprendit Ph
Quòd Lyci
qui Dascilyticus
ta. A proximo m
Quòd Zeli
ta. Circa Zeliam
Quòd inter Aela
Adrastræ campo

Idæ pede sub extremo. Quòd Lectum Idæ promontorium, & Canæ pro-
 montorium, sinum Idæum faciunt. Quòd duplices sunt Cilices, alteri The-
 bæi Hypoplacij, unde Chryseis erat: alteri Lyrnessij, è quibus erat Briseis,

πλὴν ἐκ λυρνηκῶν ἐξέλετο πολλὰ μογισσας.

Hanc è Lyrnesso capiens multū laborabat. Hæc urbs erat diui Mynetis. E The-
 bis Chryseidem fuisse, sic inquit,

ἀρχόμεθ' ἐς θήβην ἱερὴν πόλιν.

Nos Thebam aduecti sacram. Ex hac etiā Andromache fuit. Sunt itaque duo hi
 Troianorum principatus. unde quæ de Andromache dicuntur, in hyperbato
 sunt legenda,

*ἑμφοότεροι σὺ μὲν γὰρ τροίην
 αὐτὰρ ἐγὼ θήβην.*

Vterq; è nobis, tu per Troiam
 Astego Thebis. Sic enim est legendum.

*ἑμφοότεροι γὰρ τροίην, σὺ μὲν πριάμης ποτὶ δῶμα,
 αὐτὰρ ἐγὼ θήβην.*

Vterq; ex Troia, sed patris in laribus Priami tu, Astego Thebis. Tertius est Lele-
 gum principatus, qui & ipse Troianus est,

ἄλτῶος λελέγῃσι φιλοπόλεμοισιν ἀνασσει.

Maximus Altes

Sub cuius Lelegum populi ditione tenentur. Et sub Hectore Troiani erant,

πρωσι μὲν ἠγεμόνδον.

Hector item Troas duxit. Quiq; sub Ænea fuere Dardani Troiani erant, uelut
 quoties dicit,

ἀνεία πρώων βελήφορε.

Aenea Troium dux consultissime. Sexti sunt sub Pandaro Lycij, quos proprie
 Troianos appellat. Septimi, qui inter Aesapum & Abydum sunt Troes di-
 cuntur. Ponuntur autem sub Asio Abydeni Troes. Democoon quoque Pria-
 mi filius,

ἂβυδόνθην ἦλθε παρ' ἱππων ἀκείων.

Is ab Abydo aderat tunc à pernicipibus equis. Et Hicetaonis filius apud Percoten
 boues pascebat, nec ipse alienas, & qui Adrastiam usque imperabāt Meropis duo
 filij Troiani erant, octauus hic principatus est. Nonus Troiæ principatus est,
 qui sub Eurypylo Telephi filio censetur. Quod autē omnibus his Priamus
 imperaret, Achilles declarat, inquit,

*ὄσον λέσβου ἄνω μακάρων ἔδ' ὄφρ' ἴτος ἔεργα
 καὶ φρυγίης καδ' ὑπερθε καὶ ἑλλάποντος ἀπείρων.*

Quæ scilicet pariter Lesbos complectitur, & quæ
 Comprendit Phrygiæ tellus ac Hellespontus.

Quòd Lycij qui sub Pandaro fuerunt Aphnij dicti sint ab Aphnitide lacu,
 qui Dascilyticus lacus est. Zelia à Cyzico distat uersus ortū stadij centū nonagin-
 ta. A proximo mari uero, in quod Aesapus flu. egreditur, stad. circiter octuaginta.

Quòd Zelia mediterranea est, eiq; subiacent Cyzico & Priapo adiacentia loa-
 ca. Circa Zeliam Tarsus est fluuius, qui uiginti locis transitur, sicut Heptaporus.
 Quòd inter Aesapum fluuium & Priapum Granicus fluit, magna ex parte per
 Adrastiae campos. Priapus autem urbs est super mari sita, & portus.

Quòd Adraſtia urbs inter Priapum eſt urbem & Parium, ſuper Aefopo flu-
uio. Priapus hæc portum habet minorem quàm Parius. Quòd Pityga urbs
ſit mediterranea inter Parium & Priapum urbes. Quòd inter Lampſacum
et Pariũ Peſus urbs ſit et fluuius. Homerus tribus ſyllabis eam appellat, inquit,

ὃς δὴ μὲν ἀπαισὶ,

gentemq̄ quoque Apæſi.

Item,

ὃς δὲ γὰρ ἀπαισῶ.

habitabat mcenia Apæſi.

Quòd in Cumea regiõe locus eſt, foeminino genere
numeroq̄ plurali dictus Gergithes. Eſt etiã urbs à qua in agro Lampſaceno Ger-
githius ager eſt dictus.

Quòd Practium apud Homerum nõ eſt urbs, ſed flu-
uius inter Abydum fluens & Lampſacum.

Quòd Xerxis pons in Abydo,
paulo magis ad ortũ fuit locata quàm ſit Abydus, magisq̄ ad occaſum quàm Se-
ſtus. Id notatu dignum maxime eſt.

Quòd Strabo conſentit fabulæ de Hero,
quod in Seſto fuerit ipſius turris, quodq̄ caſus Leandri illic euenerit.

Quòd
aurea metalla in Pactolo Lydiæ nunc defecerint.

Quòd ab Abydo ad Aefa-
pum fluuium, ſtadia ſint ſeptingenta: itinere ſcilicet pedestri, recta uero nauigatio-
ne, pauciora.

Quòd Ilus poſt diluuium primus auſus eſt urbem in planitiem
locare, quæ ab eo dicta fuit Ilium. unde in campo eſt ſepultus,

οἱ δὲ παρ' Ἴλιον σῆμα

μείσον καππεδίου.

Hi uero ad tumulos Ili

Per campum medium. Sunt qui dicant, quæ nũc oſtenditur urbs, non eſſe Ilium
Homeri. Sed aliam eſſe, magis humilem. Antiquam enim magis editam fuiſſe, pro-
pe Idam ſtad. quadraginta.

Quòd quæ nũc Alexandria Troas dicitur, urbs
deſerta, prius Antigonía dicebatur. Nam ab Antigono habitata fuit qui ex Ale-
xandri magni ducibus imperauit Phrygiæ. Poſtmodũ à Lyſimacho Alexandria
fuit appellata, quod magis uideretur operepretiũ eſſe, ut ab eo cognomẽ acciperet,
qui totius uictoriæ de Perſis habitæ author extitiſſet, ab ipſo uidelicet Alexandro.

Quòd Fimbria Romanus bello aduerſum Mithridatem geſto, cum Iliũ ad-
moto ad urbẽ exercitu undecimo die cepiſſet, atq; inde gloriaretur, quã urbẽ Aga-
memnon decimo anno uix cepiſſet, cum mille nauium claſſem & uniuerſam Gre-
ciam ſecũ haberet, ſe undecimo die obtinuiſſe, Reſpondit quidã ex Ilieniſibus, Nõ
enim Hector aderat qui pro ciuitate pugnaret.

Quòd inter Abydum & Dar-
danum urbem, Rhodius fluuius labitur, ex aduerſo ſepulchri Hecubæ quod Ca-
nis dicitur.

Quòd ſepulchrũ Hectoris in Ophryneo eſt loco excelſo Troadis.
Deinde Rhœtium urbs deſerta, inde Aegialus, poſtea Aiæcis ſepulchrum, inde Se-
gium urbs deſerta, poſtmodum Achillis ſepulchrum & Patrocli & Antilochi: de-
inde nauium ſtatio & caſtra Græcorũ, mox Simoentis & Scamandri oſtia ſtagnan-
tia & paludes, & lacus qui Os dicitur. Quæ omnia Iliõ ſubſunt.

Quòd Priamus exiguo inuento Troianorum regno, ita ut Hercules, Cumq̄
uiris paucis & ſex cũ nauibus ipſa Pergama diripuerit, illud in immẽſum auxerit,
ut rex regum appellaretur, quemadmodum ſignificat illud,

ὅσοις ἴσθ' ἄνω μακάρων ἐδῶ.

Quæ foelix pariter Lesbos cõplectitur.

Quòd Campus Troianus à mari uſq; ad Idam porrigit ſe, cuius partes australes in Sceplim, ſeptentrionales in Zeliã
fini

finiunt. Qu-
Ilium appellatur,
orientalior quæ u-
dem ipſius ſuperf-
ſe non debet. Ten-
quendam morem
rent, eamq; ob ca-
ſimillimum & hu-
crationes effugeru-
porus autẽ Poly-
Nekenas euntibu-
nor, altitudinem
lier inter ſe diſtan-
nem duorum iug-
uius à Malunte la-
nediorum agri. In
in Æmum inſluit
ipſius in Tenedo-
rũ uero r. i. q. i. a. r. o. s.
Smintheu præcla-
thei Apollinis in-
dum, Calydnæ u-
Lariſſa & Color-
Quòd in Si-
Sminthei Apollin-
ſunt q̄ uentis Eteſ-
co locat Lelegas e-
uius, qui torrens
ſunt, ac ſupra eos
ad Palæceptim, q̄
promontorio, uſq;
Quòd poſt
ab hac Atarneus
gratificantes hos
uã d. d. u. a. u. e. i. o. y. q̄
At genus Aeneæ
ſcus Socraticus, d-
uit, & ſucceſſor ſi-
ſtores & Biblio-
ſcimus libros cõ-
ſtus uero eam tra-
ſanẽ imperitis, q̄
rum regũ ſub qu-
eam Bibliothecã
& tineis & hum

finiunt. Quòd permultis & fide dignis argumentis Strabo ostendit quæ nūc Ilium appellatur, non esse ab Homero decantatam urbem, sed hac excellior est & orientior quæ uere Ilios dicitur, Hectoris scilicet patria. Quòd si ne uestigia quidem ipsius supersunt, sed quæ uisuntur nunc, humilioris sunt uestigia, mirum esse non debet. Tempus enim permulta eiusmodi facit. Quòd iuxta uetustum quendam morem Agamemnon male imprecatus est ijs qui Ilium instaurare audent, eamq; ob causam posteris religione ducti, locum elegerunt uicinum, antiquo simillimum & hunc ædificatum Ilium appellarunt, hoc pacto Agamemnonis execrationes effugerunt. Quòd Rhesus fluuius nunc Rhoites appellatur, Heptaporus autē Polyporus, ortum habens à locis pulchræ pinui finitimis ad uicum Melænas euntibus. Cæterum pulchra pinus ambitum habuit pedum uiginti quatuor, altitudinem à radice sexaginta septem pedū. Postea in tres partes scissa æqualiter inter se distantes, rursus in unum uerticem contrahitur. Totam uero altitudinem duorum iugerum & cubitorum quindecim habet. Quòd Carefus fluuius à Malunte labitur, qui locus inter Palæsepsim iacet & Acheium ulterioris Tenediorum agri. Immittit autem in Æsapum. Rhodius uero à Cleandria & Gordo in Æmum influit. Quòd Smintheus Apollo à Tenedijs colitur. Et tēplum ipsius in Tenedo est, unde illud dicitur,

τὸν δὲ οἰὸν τε ἰπὶ ἀνὰ ὄσους σμινθεῖ.

Smintheu præclare Tenedi domator Apollo. Quòd aliud templū est Sminthei Apollinis in Troade, iuxta mare situm. Quòd insulæ exiguæ iuxta Tenedum, Calydnæ uocantur. Quòd circa Troadem Achæus locus sit: deinde Larissa & Colonæ & Chrysa nunc dicta in loco excelso super mari sita.

Quòd in Sminthei templo mus sit æreus, pedi statuæ subiacens. Sunt autem Sminthei Apollinis permulta templa. Quòd circa Lectū promontoriū sales sunt quæ uentis Etelsijs sponte congelascūt. Quòd Homerus in sinu Adramytti colat Lelegas et Cilices utrosq; quo loco Pedasus urbs est deserta & Satinois fluuius, qui torrens est, & Thebæ ac Lyrnessus urbes. Quòd Amaxitæ maritimi sunt, ac supra eos Neandrenses. Deinde Cebrenij supra hos, mox Dardani usque ad Palæsepsim, quibus imperauit etiam Æneas. Inde Scepsis. Quòd à Lecto promontorio, usq; ad Gargara uersus ortum sita, stad. sunt ducenta sexaginta.

Quòd post Adramyttium Coryphantis & Heraclia uicus sint: inde Attea, ab hac Atarneus & Pitane, & Caici fluuij ostia. Quòd nonnulli Romanis gratificantes hos uersus Homeri de Aenea hoc pacto transscribunt,

νῦν δὲ δὴ ἀνεῖχο γυῖος πάντες ἰπὶ ἀνὰ ἔει.

At genus Aeneæ cunctis dominabitur oris. Quòd è Scepsi urbefuerit Coriscus Socraticus, & huius filius Neleus, qui & Theophrastum & Aristotelem audiuit, & successor fuit Bibliothecæ Theophrasti in qua Aristotelica inerat. Nam Aristoteles & Bibliothecā & scholam Theophrasto reliquit, & primus omnium quos scimus libros cōgregauit, & Aegypti reges bibliothecæ ordinē docuit. Theophrastus uero eam tradidit Neleo, Neleus Scepsim detulit, ac posteris dedit hominibus sanè imperitis, qui libros inclusos, ac negligēter positos tenebāt. Cumq; Attalicorum regū sub quibus erant, studiū sentirent cōquirendorū librorū, ad instruendā eam Bibliothecā quæ Pergami erat, eos in fossa quadā sub terrā occuluerūt, quos & tineis & humiditate labefactos, tandem qui ex eo genere erant Apelliconi Teio

Aesopo flu
Pityea urbs
amplacum
at, inquiring,

nino genere
faceno Ger
arbs, sed flu
in Abydo,
m quam Se
læ de Hero,
Quòd
do ad Aesop
o nauigatio
in planitiem

n esse Ilium
m fuisse, pro
dicitur, urbs
qui ex Ale
Alexandria
nē acciperet,
Alexandro.
cum Iliū ad
ā urbē Aga
uersam Gre
ensibus, Nō
lum & Dar
æ quod Ca
so Troadis.
um, inde Se
ntilochi: de
tia stagnan

ules, Cumq;
um auxerit,

à mari usq;
in Zeliā
fini

E P I T O M A E

tradiderūt, magno emptos argento, Aristotelicos scilicet ac Theophrasticos. Apellicon, ut qui magis librorū esset studiosus quā sapiētīe, uolens corrosiones emendare, eos transcribendos dedit, scriptura non recte suppleta, quapropter libros edidit erroribus plenos. Sed antiqui Peripatetici post Theophrastū, cum omnino libris ordinarijs carerent, paucis duntaxat exceptis exteriorum sermonum, nihil habebāt in quo firmiter philosopharentur, sed positiones quāsdā lucubrābāt. Posteriores, postquam hi libri in lucem uenerunt, Aristotelem imitantes longe melius quā illi philosophati sunt. nam propter errorum multitudinem consentanea dicere necesse habuere. Multum ad hoc Romani contulerunt. Nam continuo post Apelliconis obitum Sylla qui Athenas cepit, allata illius bibliotheca huc eam transtulit. Tyrannion quoque grammaticus incepit, cum Aristotelis amantissimus esset, eo sibi conciliato qui bibliothecā præerat. Item librarij quidam scriptoribus utentes non bonis, nec scripta conferentes, quod in his libris præsertim fieri solet qui uendēdi transcribuntur, tum hic tū etiam Alexādrīa. Quod post Scepsim urbem Andera sunt, & Pionia et Gargaris. Iuxta Andera lapis est qui uetus in ferum mutatur: deinde cum terra quadam in fornace excoctus, pseudargyrum exudat, quæ terra si æs assumat, fit mixtio quam nōnulli uocant orichalcum. Fit etiam circa Tmolum pseudargyros. Quod Assus urbs scelix sit & munita, à mari & portu rectum & longum ascensum habens. Vnde illud Stratonici commode dictum est, *ἄσσυρον ἢ ὠσκειν θᾶσσον ὀλιθῶν πείραθ' ἰκναί.* Hic Cleanthes fuit stoicus philosophus, q̄ Zenonis Citiensis scholę successit, quā postea Chrisippo Solensi reliquit. Hoc in loco Aristoteles aliquandiu permāsit, propter eam affinitatē quā cum Hermia Tyranno contraxerat. Fuit autem Hermias Eunuchus, trapezitæ cuiusdam famulus, qui Athenas profectus Platonem Aristotelemq̄ audiuit, postea ad dominum reuersus, cum ipso imperauit primū, Atarnenses & Assenses aggresso: deinde illi successit & Aristotelem & Xenocratem ad se accersitos diligēter curauit. Aristoteli etiam fratris sororem dedit. Per id tempus Memnon Rhodius cum Persis ministraret, & exercitū duceret, simulata cum Eunucho amicitia hospitalitatis nomine & tractandarū rerum gratia illum ad se uocat, quem cum comprehendisset ad regē misit ibiq̄ suspensus est. Quod circa Assum & Gargarū loca & Scepsim Lelegum sunt, qui inter Cilices & Dardanos habitabant, urbem habentes Pedasum. fugientes autem Achillis incursionem in Cariam uenerunt, & urbem Pedasum condiderūt eodē nomine quo patria. Quod post Lelegas, sequens litus Homeri tempore habebant Cilices, quo loco nunc est Adramyttium & Atarnitæ & Pitanaei usq̄ ad Caici ostia: horū duæ sunt urbes Thebæ Hyppoplacię & Lyrnessus. Quod Thebæ & Lyrnessus in Thebano campo sitę ab Adramyttio urbe distant, illa quidē stadijs sexaginta, hæc uero octuaginta. Caterum in Adramytteno agro Chrysa est & Cilla. Sunt autem circa Antandrū hæc. Quod Cillus Pelopis fuerit auriga, à quo Cilla urbs & Cilices sunt dicti. Quod in Pitana Æolica lateres aiunt aquæ supernatare, quemadmodū in Tyrannia. Nam terra quā aqua sit, leuior est. In Iberia uero Posidonius ait se uidisse ex quadā creta lateres factos supernatare. Quod Caicus fluuius post Pitana in Elaiticū sinū influit, ex aduerso Elææ urbis. Quod Elæa urbs nauale est Pergami urbis, à Pergamo distans stadijs centū uiginti. Quod Cana promontoriū est assurgens cōtra Lectū promontoriū & Adramyttenū sinū efficiens. Cuius pars etiam Elai

Elaiticus est sinus
promontorium e
Quod inter
à nulla harum ult
circa Caicum, Eu
his interemit.
Vnde forte dictu
ambitus stadiorū
peratore fuerit.
Theophrastus pr
Quod E
Aliam est & Lesb
ne uocatur, que
Halonnelus. habe
ur tanq̄ Apollon
Pardoselena sit, ur
es Poroselena ips
in eo templum est,
da & Perdicca &
Homerus in Cata
Achille extin
Quod Pelaf
licet que circa Cu
Quod Cum
bis aedificatione
rent se iuxta mare
ur & aliter, quod
cum pecuniam co
cum pluuia essent
ni porticus subire
uerbium Cuman
per præconem ac
laris, qui Histori
ne & Mytilene.
& Agathoclis, qu
erant talentorum
do erat, in quadā t
rus erat Lysimach
accusauerat, defec
à malis familiarib
cus uero Nicator
no dolo occisus.
niam, pollicitar
fratres duo Eume
fuit. Is Pergami si

Elaiticus est sinus. Quòd Cana numero etiam plurali Canæ dicitur: circa hanc promontorium est Æga. Cæterum *γὰρ* ipsum oportet ut longum sit accipere.

Quòd inter Elçam & Pitanen & Atarnea & Pergamum, Teuthrania sit urbs, à nulla harum ultra septuaginta stadia distans, intra Caicum. Quòd in locis circa Caicum, Eurypylus Telephides imperasse uidetur quem Pyrrhus Achillis filius interemit.

Quòd in Elaitide fluuius sit torrenti similis, Cetus nomine. Vnde forte dictum est *λεῖτροι λεῖτροντο γυαλίω εἶνεκα δάσπυ.* Quòd Lesbi insulæ ambitus stadiorū sit mille & centū.

Quòd Strabo sub Tiberio Romanorū imperatore fuerit. Quòd Phaniās & Theophrastus Aristotelici ex Ereſſo fuerint. Theophrastus prius Tyrtamus dicebatur, cæterum ab Aristotele sic appellari cepit. Quòd Hellanicus historicus, Lesbius fuerit. In freto quod inter

Asiam est & Lesbum, insulæ sunt quadraginta. hæc composito uocabulo Hecatonnesi uocantur, quemadmodum Peloponnesus, & Myonnesus & Proconnesus & Halonnesus. habent nō duplex è consuetudine. Quòd Hecatonnesi uocantur tanq̄ Apollonnesi. Nam Apollo Hecatos est dictus. Quòd ante Lesbum

Pardoselena sit, urbem habens eodē cognomento, ceterū nominis infamiā fugientes Poroselenā ipsam appellant. Mons circa Pergamū Aspordenus fuit. Et quod in eo templum est, Matris Asporenæ. Quid igitur dicemus de Pordali & de Saperda & Perdicca & *σωπορδακισσις*, quod idem significat quod madidis? Quòd Homerus in Catalogo Lelegum & Cilicum & Cauconū iure non meminit. Nam ab Achille extincti erant, Eetion & Mynes & Epistrophus atq̄ ipsorum populi.

Quòd Pelasgorum princeps Hippothous Larissam patriam habuit, eam scilicet quæ circa Cumam Æoliæ est sita. Cæterum Pelasgi ab Æolis interierunt.

Quòd Cumæ carpuntur ut insulæ & hebetes, quod annis CCC. demū post urbis ædificationem portus uectigalia exegerint, tanquam tum primum intelligerent se iuxta mare sitos esse, ac huius prouentum antea nō animaduertissent. Dicitur & aliter, quòd publica pecunia mutuo accepta porticus construxerunt, postea cum pecuniam constituta die non reddidissent, à deambulatione arcebantur. Sed cum pluuia essent, in dedecus quoddam creditores edictum emittebant, ut Cumani porticus subirent. Et cum præco ita in clamaret porticus subire, dictum esse pro uerbiū Cumanos non sentire, quòd in pluuia porticus subeunda sit, nisi aliquis per præconem admoneat. Cumanus fuit Hesiodus & Ephorus Isocratis familiaris, qui Historias scripsit. Cuma dicta fuit ab Amazone quadam, sicut Myrene & Mytilene.

Quòd Pergamus urbs Gazophylacium fuerit Lyſimachi & Agathoclis, qui ex Alexandri successoribus fuit unus. Pecuniarū custodia, quæ erant talentorum nouem millia commissa erat Philetæro Tyanensi, qui à puero spado erat, in quadā turba oppressus cum nutrice, eaq̄ propter eunuchus. Is initio charus erat Lyſimacho, sed cū ab Arsinoe illius uxore diffideret, propterea quod eum accusauerat, defectionem parauit uidens nouas res permultas. Nam Lyſimachus à malis familiaribus coactus fuit proprium filium Agathoclem interimere: Seleucus uero Nicator reuersus, illum sustulit, & ipse interemptus est, à Ptolemæo Cerano dolo occisus. Cæterum Philetærus annos uiginti Dominus fuit arcis & pecuniarum, pollicitando semper ac ualidioribus propioribusq̄ obsequendo. Erant ei fratres duo Eumenes & Attalus. Ex seniore itaque Eumene, filius Eumenes natus fuit. Is Pergamī successionem habuit, & iam loca circuncirca tenebat, unde apud

Sardes Antiochum Seleuci filium superauit, cum eo cōgressus. Obijt cum duobus & uiginti annis imperasset. Attalus ex Attalo & Antiochide natus in imperio successit, & primo rex est nūcupatus. Hic Galatas praelio maximo superauit, & Romanorum amicus fuit, & cum eis in classe Rhodiorum aduersus Philippū pugnavit. Obijt iam senior cum annis quadraginta & tribus imperasset. Filius quatuor reliquit, Eumenem, Attalum, Philetarum, Athenæum. Ex his iuniores priuatum statum duxerunt. Eumenes uero imperans cum Romanis aduersus Antiochum magnum & contra Persen bellum gessit. Et à Romanis totam eam regionem accepit, quæ sub Antiocho circa Taurum erat. Nam initio regionem non multum tenebat. Hic imperium multum auxit & ædificijs & donis & bibliothecis, imperauit annos quadraginta nouem, ac imperium Attalo filio reliquit, dum puer adhuc esset, & huius tutorem Attalum proprium fratrem. Is cum annis xx. & uno imperasset, tanquam tutor, multis rebus foeliciter gestis senex admodum interiit. Nam aduersus Demetrium Seleuci filium, cum Alexandro Antiochi filio bellum gessit, & cum Romanis aduersus Pseudophilippum pugnavit. De igylim quoque regem cepit ducto in Thraciam exercitu. Item Prusiam interemit præfecto illi filio Nicomede. Caterum qui sub tutela erat Attalus, cum annis quinque imperasset Philometor appellatus, morbo defunctus est, Romanis hæredibus relictis, qui eam regionem prouinciam fecerunt, Asiam appellantes eodem nomine quo et continentem. Quòd Caicus fluuius Pergamū præterfluit, per Caicum campū foelicem. Quòd ex Tmolo Pactolus fluit, habens auri ramenta, quæ hoc tempore defecere. Exit in Hermū fluuiū, in quem etiam Hyllus fluuius egreditur, qui nūc Phrygius dicitur. Quòd lacus gapud Homerū Gygeus, postea Colous fuit appellatus. Quòd Arimos alij in Lydia fuisse aiūt: alij in Cilicia, nōnulli in Syria, alij in Pythecusis, quo loco etiam Typhoea fuisse dicūt. Quòd in Hierapole calidæ sunt aquæ & Plutonium, ambo non paruam admirationem præstantia. Nam aqua adeo facilliter in tophum duratur, ut qui aquæductus deducunt, integra septa ex eo aquis conficiant. Plutonium, os est in paruo quodam imminentis montis supercilio, ita commensuratum ut hominem possit suscipere, mira profunditate. Huic propositum est uallum quadratum, ambitu ferè semijugeri, quod nebulosa & crassa caligine plenum est, ut uix solum discerni possit. Ad septum appropinquantibus, aër innoxius est, purus ab illa caligine, in tranquillitate uentorū. Nam caligo intra ambitum manet. Si uero animal intro progrediatur, statim moritur. Quapropter tauri introducti cadunt, & mortui educuntur. Nos passeris immisimus qui subito mortui ceciderunt. Galli uero exacti illæsi accedunt, ut etiam usque ad os appropinquent, introspiciant, & immergantur, quousque possunt spiritum continentes. Videbamus enim ex aspectu æstuosæ cuiusdam passionis indicium, siue quòd omnes id experiantur, siue soli sacerdotes, siue diuina prouidentia, quemadmodum uerisimile in ijs est qui numine sunt afflati, siue quòd hoc uiribus quibusdam reluctantibus contingat. Quòd Caballenses credant Solymos esse, unde collis qui Termesi promontorio imminet Solymus uocatur, & ipsi Termenses Solymi dicuntur. Proximum est Bellerophontis uallum, & Pisandri eius filij sepulchrum, qui in bello contra Solymos gesto cecidit. Quòd Cebyrensis administratio, inter maximas totius Asiae censetur. Vtebantur Cebyratae linguis quatuor, Pisidica, Solymorum, Græcorum & Lydorū.

Quòd

Quòd apud



allumpra. Q
 que nunc Samos
 temus, inde Mel
 cam laudat, prou
 Samiorum tyrann
 inde natum fit qu
 nenses per Pericle
 Necles fuit Epic
 feruam Athenis
 Homeri Samius f
 mon Pygela con
 dum. Nam quid
 ac locum Pygela u
 cum Amphiarao
 florem se iuxta C
 erat filia, præ trit
 ta effert,
 Mirabor sane pot
 Quot numero hæ
 Dixit, & inuentu
 Continuo mortis
 Pherecydes aut
 porcos haberet, h
 Nopsus uera loc
 libus opibus, & e
 ue suffragio siue
 operi imponeret
 fuit, pro eo quod
 cum quispiam ali
 eos qui speculant